

NUMMI TRIVMPHALES
 PII V. PONTIF. MAXIMI, ET JO-
 hannis Austriaci : cusi post Turcas ad Naupactum
 navali prælio victos: Anno Chri-
 sti 1571.



Um Turca, hoc anno, Venetis Cyprum Insulam e-
 cipuisset : duas Metropoles Nicosiam & Famagu-
 sam vi domuisset : in hac Bragadinum urbis Prae-
 fectum , per summa scelus, violatâ fide, vivum ex-
 coriasset : reliquos dediticios omnes crudelissimè
 trucidasset: Pontifex Romanus: Rex Hispanus: Ve-
 neti & alij Principes sacrum fœdus (vulgò sancta
 Liga appellatum) contra eundem ineunt : classem-
 que instructissimam (cujus Dux supremus erat Jo-
 annes Austriacus Caroli V. filius , Regis Hispaniæ frater naturalis) emit-
 tunt. Hæc prælio ad sinum Corinthiacum (qui hodie Golpho de Lepanto
 dicitur) die 7. Octob. commisso, classem Turcicam feliciter profligavit , &
 victoriam multis seculis inauditam obtinuit. Turcarum cæsi ad 25000. ca-
 pti 4000. Christianorum captivorum liberati 14000. Inter præcipuos Alis
 Bassa cæsus occubuit: Pertavus vero Bassa navigio fugiens ad terrâ evasit: &
 præterea classis hostilis universa cum tormentis atque spolijs amplissimis
 in Christianorum potestatem pervenit: triginta tantum circiter triremibus
 & navigijs exceptis, quibus Vluzalis mari aufugit. Ornavit victoriæ hujus
 nobilitatem eleganti oratione Antonius Muretus Orator summus: M. An-
 tonio Columnâ , (cum inquit inter alia) qui Pontificis triremibus præerat, Romanæ re-
 vertente